

Cambridge University Press

978-1-108-01099-3 - Cicero, De Natura Deorum Libri Tres, Volume 3

Edited by Joseph B. Mayor and J. H. Swainson

Excerpt

[More information](#)

M. TULLII CICERONIS  
DE NATURA DEORUM.

LIBER TERTIUS.

I. QUAE cum Balbus dixisset, tum arridens Cotta, Sero, 1  
inquit, mihi, Balbe, praecipis, quid defendam. Ego enim te  
disputante, quid contra dicerem, mecum ipse meditabar, neque  
tam refellendi tui causa quam ea, quae minus intellegebam,  
5 requirendi. Cum autem suo cuique iudicio sit utendum, difficile  
factu est me id sentire, quod tu velis. Hic Velleius, Nescis, 2  
inquit, quanta cum exspectatione, Cotta, sim te auditurus.  
Jucundus enim Balbo nostro sermo tuus contra Epicurum fuit ;  
praebebo igitur ego me tibi vicissim attentum contra Stoicos  
10 auditorem. Spero enim te, ut soles, bene paratum venire.  
Tum Cotta, Sic mehercule, inquit, Vellei ; neque enim mihi 3  
par ratio cum Lucilio est ac tecum fuit. Qui tandem ? inquit  
ille. Quia mihi videtur Epicurus vester de dis immortalibus  
non magnopere pugnare ; tantum modo negare deos esse non  
15 audet, ne quid invidiae subeat aut criminis. Cum vero deos  
nihil agere, nihil curare confirmat membrisque humanis esse  
praeditos, sed eorum membrorum usum nullum habere, ludere

2 *inquit* A<sup>1</sup> also in 7, 11, 12, p. 2 l. 12, and often. 6 *factu* [BV]MO  
Asc., *factum* ACEBC Oxf., *fatu* Red. N. 11 *sic* edd. after Lamb., *si* ABEV  
U Oxf. Asc.+, *sine* CB Red., *sed* Mars., *sim* Bouh. Ern., *sum* GHT Heind.  
12 *par ratio* corr. ex *paratio* AB. 13 *quia* mss generally, *quam* VUC,  
*quoniam* Oxf.

Cambridge University Press

978-1-108-01099-3 - Cicero, De Natura Deorum Libri Tres, Volume 3

Edited by Joseph B. Mayor and J. H. Swainson

Excerpt

[More information](#)

2

## DE NATURA DEORUM.

videtur satisque putare, si dixerit esse quamdam beatam naturam  
 4 et aeternam. A Balbo autem animadvertisti, credo, quam  
 multa dicta sint quamque, etiam si minus vera, tamen apta  
 inter se et cohaerentia. Itaque cogito, ut dixi, non tam refellere  
 ejus orationem quam ea, quae minus intellexi, requirere. Quare, 5  
 Balbe, tibi permitto, responderene mihi malis de singulis rebus  
 quaerenti ex te ea, quae parum accepi, an universam audire  
 orationem meam. Tum Balbus: Ego vero, si quid explanari  
 tibi voles, respondere malo; sin me interrogare non tam intelle-  
 gendi causa quam refellendi, utrum voles, faciam, vel ad singula, 10  
 quae requires, statim respondebo vel, cum peroraris, ad omnia.  
 5 Tum Cotta, Optime, inquit. Quam ob rem sic agamus, ut nos  
 ipsa ducet oratio. II. Sed ante quam de re, pauca de me.  
 Non enim mediocriter moveor auctoritate tua, Balbe, oratio-  
 neque ea, quae me in perorando cohortabatur, ut meminisssem 15  
 me et Cottam esse et pontificem; quod eo, credo, valebat, ut  
 opiniones, quas a majoribus accepimus de dis immortalibus,  
 sacra, caerimonias religionesque defenderem. Ego vero eas  
 defendam semper semperque defendi, nec me ex ea opinione,  
 quam a majoribus accepi de cultu deorum immortalium, ullius 20  
 umquam oratio aut docti aut indocti movebit. Sed cum de  
 religione agitur, Ti. Coruncanium, P. Scipionem, P. Scaevolam,  
 pontifices maximos, non Zenonem aut Cleanthem aut Chrysip-  
 pum sequor, habeoque C. Laelium, augurem eundemque  
 sapientem, quem potius audiam dicentem de religione in 25  
 illa oratione nobili quam quemquam principem Stoicorum.  
 Cumque omnis populi Romani religio in sacra et in auspicia  
 divisa sit, tertium adjunctum sit, si quid praedictionis causa ex  
 portentis et monstribus Sibyllae interpretes haruspicesve monu-  
 erunt, harum ego religionum nullam umquam contemnendam 30  
 putavi mihique ita persuasi, Romulum auspiciis, Numam sacris

7 *parum* BLO, *parvam* AEV<sup>1</sup>, *parva* CV<sup>2</sup> Oxf. B+. *accepi* [BCEV] Oxf.  
 Asc., *accipe* A, *cepi* or *percepi* Madv. 9 *sin* [ACE]BO, *si* BVC Oxf.  
 13 *ducet* edd. after Heind., *ducit* mss. 22 *Ti.* edd. after Manut., *t.* A<sup>2</sup>BO,  
*tunc* E, om. A<sup>1</sup>CV Mus. *Coruncanium* [BCE]V<sup>2</sup>L Oxf., *Coruncanum* V<sup>1</sup>O,  
*quorum canium* AB. 24 *C. Laelium* BEM, *clelium* AV<sup>1</sup>, *delium* Oxf.,  
*C. Lelium* V<sup>2</sup>OV, *glelium* B, *lelium* C (after erased letter). 30 *ego* AVMO  
 Oxf. Asc., *ergo* BCEB, see p. 3 l. 4.

Cambridge University Press

978-1-108-01099-3 - Cicero, De Natura Deorum Libri Tres, Volume 3

Edited by Joseph B. Mayor and J. H. Swainson

Excerpt

[More information](#)

constitutis fundamenta jecisse nostrae civitatis, quae numquam profecto sine summa placatione deorum immortalium tanta esse potuisset. Habes, Balbe, quid Cotta, quid pontifex sentiat; 6 fac nunc ego intellegam, tu quid sentias. A te enim philosopho  
5 rationem accipere debeo religionis, majoribus autem nostris etiam nulla ratione reddita credere. III. Tum Balbus, Quam igitur a me rationem, inquit, Cotta, desideras? Et ille, Quadri-  
pertita, inquit, fuit divisio tua, primum ut velles docere deos esse, deinde quales essent, tum ab iis mundum regi, postremo  
10 consulere eos rebus humanis. Haec, si recte memini, partitio fuit. Rectissime, inquit Balbus; sed exspecto, quid requiras.

Tum Cotta, Primum quicque videamus, inquit; et, si id est 7 primum, quod inter omnes nisi admodum impios convenit, mihi quidem ex animo exuri non potest, esse deos, id tamen ipsum,  
15 quod mihi persuasum est auctoritate majorum, cur ita sit, nihil tu me doces. Quid est, inquit Balbus, si tibi persuasum est, cur a me velis discere? Tum Cotta, Quia sic aggredior, inquit, ad hanc disputationem, quasi nihil umquam audierim de dis im-  
mortalibus, nihil cogitaverim; rudem me et integrum discipulum  
20 accipe et ea, quae requiro, doce. Dic igitur, inquit, quid requi- 8 ras. Egone? primum illud, cur, quod in ista partitione ne egere quidem oratione dixisses, quod esset perspicuum et inter omnes constaret, de eo ipso tam multa dixeris. Quia te quoque,  
inquit, animadverti, Cotta, saepe, cum in foro diceres, quam  
25 plurimis posses argumentis onerare iudicem, si modo eam facultatem tibi daret causa. Atque hoc idem et philosophi faciunt et ego, ut potui, feci. Tu autem quod quaeris, similiter facis, ac si me roges, cur te duobus contuear oculis et non altero  
coniveam, cum idem uno assequi possim. IV. Tum Cotta, 9

1 *fundamenta—civitatis* om. A<sup>1</sup> (from homœoteleuton). 3 *potuisset* IV, *potuissent* X Oxf. BOU+. 4 *ego* Lactant. II 6, *ergo* X Mus., om. T. 6 *reddita*, Lact. I. c. adds *rationis est*. 11 *Balbus sed exspecto*, here P. begins. 14 *exuri* XBLM Oxf., *exire* HNRVGUT Red., *exui* CO, *eximi* anon. ap. Dav. Cobet V. L. (p. 463) Sch. Or. Ba., *erui* Walker, *executi* Lamb. Mu., see Comm. 21 *quod in ista partitione* Heind. Or. Mu. Sch., *quod perspicuum in istam partem* mss (Ba. after Dav. brackets *persp.—partem*), *cum istam partem* Forch. p. 52. 25 *posses* [V<sup>2</sup>] Oxf. LO, *possis* ABCEPV<sup>1</sup>BH, *posse* V Asc. 27 *quod quaeris* XUBM Oxf. + Forch. p. 25, *qui id q.* V<sub>1</sub> Herv. Dav. Or. Ba. Sch. Mu. Allen, *quid q.* V. 29 *coniveam* edd. after Madv. cf. below 14, *continē* γ, *tñ* LO, *contuear* mss

Cambridge University Press

978-1-108-01099-3 - Cicero, De Natura Deorum Libri Tres, Volume 3

Edited by Joseph B. Mayor and J. H. Swainson

Excerpt

[More information](#)

4

## DE NATURA DEORUM.

Quam simile istud sit, inquit, tu videris. Nam ego neque in  
causis, si quid est evidens, de quo inter omnes conveniat,  
argumentari soleo; perspicuitas enim argumentatione elevatur;  
nec, si id facerem in causis forensibus, idem facerem in hac  
subtilitate sermonis. Cur *coniveres* autem altero oculo, causa 5  
non esset, cum idem obtutus esset amborum, et cum rerum  
natura, quam tu sapientem esse vis, duo lumina ab animo ad  
oculos perforata nos habere voluisset. Sed quia non confidebas  
tam esse id perspicuum, quam tu velles, propterea multis argu-  
mentis deos esse docere voluisti. Mihi enim unum sat erat, ita 10  
nobis majores nostros tradidisse. Sed tu auctoritates contemnis,  
ratione pugnans. Patere igitur rationem *me* meam cum tua  
ratione contendere. Affers haec omnia argumenta, cur di sint,  
remque mea sententia minime dubiam argumentando dubiam  
facis. Mandavi enim memoriae non numerum solum, sed etiam 15  
ordinem argumentorum tuorum. Primum fuit, cum caelum  
suscepissemus, statim nos intellegere esse aliquod numen, quo  
haec regantur. Ex hoc illud etiam:

Aspice hoc sublime candens, quem invocant omnes Jovem.

11 Quasi vero quisquam nostrum istum potius quam Capitolinum 20  
Jovem appellet aut hoc perspicuum sit constetque inter omnes,  
eos esse deos, quos tibi Velleius multique praeterea ne animantes  
quidem esse concedant. Grave etiam argumentum tibi vide-  
batur, quod opinio de dis immortalibus et omnium esset et  
cotidie cresceret. Placet igitur tantas res opinione stultorum 25  
judicari, vobis praesertim, qui illos insanos esse dicatis? V. At  
enim praesentes videmus deos, ut apud Regillum Postumius, in  
Salaria Vatinius; nescio quid etiam de Locrorum apud Sagram

generally, *et non altero coniveam* om. Cobet (Ba. notes that the word is often corrupted, as in II 143 *conluentibus*, *Catil.* II 27, *Leg. Agr.* II 77, *Harusp. Resp.* 38 and 52).

2 *de quo inter omnes conveniat*, om. Cobet *V. L.* p. 463. 5 *coniveres* edd. after Madv., *contueres* ABCPV<sup>1</sup>B, *contuereris* EV<sup>2</sup> Oxf. HM+. 9 *velles* O edd. after Ern., *velis* MSS Draeg. § 152. 2, see below § 20. 12 *me meam* Ed., *meam* MSS and edd. see Comm. 19 *sublime* MSS, *sublimen* Sch. Or. Ba. see on II 4. *candens* Oxf. [BCEP], *cadens* A<sup>1</sup>VB. 23 *concedant, concederent* Kayser. 25 *cotidie* CV Oxf., *cottidie* AB, *quottidie* E. 27 *praesentes* V<sup>2</sup>[ABCE]BOM, *praesertis* V<sup>1</sup> Oxf., *praesertitis* P. 28 *Vatinius*

proelio. Quos igitur tu Tyndaridas appellabas, id est homines  
 homine natos, et quos Homerus, qui recens ab illorum aetate  
 fuit, sepultos esse dicit Lacedaemone, eos tu cantheriis albis  
 nullis calonibus ob viam Vatino venisse existimas et victoriam  
 5 populi Romani Vatino potius, homini rustico, quam M. Catoni,  
 qui tum erat princeps, nuntiavisse? Ergo et illud in silice,  
 quod hodie apparet apud Regillum tamquam vestigium ungulae,  
 Castoris equi credis esse? Nonne mavis illud credere, quod 12  
 probari potest, animos praeclarorum hominum, quales isti Tyn-  
 10 daridae fuerunt, divinos esse et aeternos, quam eos, qui semel  
 cremati essent, equitare et in acie pugnare potuisse? aut, si hoc  
 fieri potuisse dicis, doceas oportet, quo modo, nec fabellas aniles  
 proferas. Tum Lucilius, An tibi, inquit, fabellae videntur? 13  
 Nonne ab Aulo Postumio aedem Castori et Polluci in foro dedi-  
 15 catam, nonne senatus consultum de Vatino vides? Nam de  
 Sagra Graecorum etiam est vulgare proverbium, qui, quae affir-  
 mant, certiora esse dicunt quam illa, quae apud Sagram. His  
 igitur auctoribus nonne debes moveri? Tum Cotta, Rumoribus,  
 inquit, mecum pugnas, Balbe, ego autem a te rationes requiro.  
 20 VI. ...sequuntur, quae futura sunt; effugere enim nemo 14  
 id potest, quod futurum est. Saepe autem ne utile quidem est  
 scire, quid futurum sit; miserum est enim nihil proficientem  
 angi nec habere ne spei quidem extremum et tamen commune  
 solacium, praesertim cum vos idem fato fieri dicatis omnia, quod  
 25 autem semper ex omni aeternitate verum fuerit, id esse fatum.  
 Quid igitur juvat aut quid affert ad cavendum scire aliquid  
 futurum, cum id certe futurum sit? Unde porro ista divinatio?  
 Quis invenit fissum jecoris? quis cornicis cantum notavit, quis

edd. after Heind., *Vatienus* XBMCR, so *Vatieno* p. 5 ll. 4 and 5 but see on p. 5 l. 15. *Sagram* [AV<sup>2</sup>]M Asc. Oxf., *sacram* BCEPV<sup>1</sup>BO+.

3 *eos tu* BM Asc., *eos tuq.* V, *eosq. tuq.* Oxf., *eos tu quae* AC, *eosque tu* EOUT, *eos tuque* PB. *albis* PVM Oxf., *aluis* A, *aluis* CEB, *ab his* BLO. 6 *et, etiam* Ba. 8 *credis esse* V Oxf. Asc., *credidisse* A, *credissesse* B<sup>1</sup>, *credidisse* B<sup>2</sup>, *credidisse* CPUYBHO, *credisse* E. 14 *ab Aulo* GHMC Asc., *ab Aulo* V, *aulo* XBIO Oxf., *A* R, *paulo* H and I of Moser, *ab A.* edd. 15 *Vatino* AB<sup>1</sup>CV Oxf. B, *Vatieno* PC, *vaticinio* E. 16 *Sagra* Oxf. Asc. M, *sacra* ACEPVBO, *sacris* B. 17 *Sagram* BM Oxf. [ABEV], *sacram* CPO. 19 *requiro* BV<sup>2</sup>O Oxf. Asc. Mu. Sch., om. ACEV<sup>1</sup>B Ba. Or. Forch. p. 27. 20 *sequuntur* V<sup>2</sup> Oxf. [Mus. CP], *secuntur* BV<sup>1</sup>L Or., *recuntur* corr. in *reguntur* A, *percunctor eorum* E. 22 *scire quod futurum est* P.

Cambridge University Press

978-1-108-01099-3 - Cicero, De Natura Deorum Libri Tres, Volume 3

Edited by Joseph B. Mayor and J. H. Swainson

Excerpt

[More information](#)

6

DE NATURA DEORUM.

sortes? Quibus ego credo, nec possum Atti Navii, quem commemorabas, lituum contemnere; sed qui ista intellecta sint, a philosophis deo discere, praesertim cum plurimis de rebus  
 15 divini isti mentiantur. At medici quoque (ita enim dicebas) saepe falluntur. Quid simile medicina, cujus ego rationem  
 video, et divinatio, quae unde oriatur, non intellego? Tu autem etiam Deciorum devotionibus placatos deos esse censes. Quae fuit eorum tanta iniquitas, ut placari populo Romano non possent, nisi viri tales occidissent? Consilium illud imperatorium fuit, quod Graeci *στρατήγημα* appellant, sed eorum  
 10 imperatorum, qui patriae consulerent, vitae non parcerent; rebantur enim fore ut exercitus imperatorem equo incitato se in hostem immittentem persequeretur, id quod evenit. Nam Fauni vocem equidem numquam audivi; tibi, si audivisse te dicis, credam, etsi Faunus omnino quid sit nescio. 15

VII. Non igitur adhuc, quantum quidem in te est, Balbe, intellego deos esse; quos equidem credo esse, sed nihil docent  
 16 Stoici. Nam Cleanthes, ut dicebas, quattuor modis formatas in animis hominum putat deorum esse notiones. Unus is modus est, de quo satis dixi, qui est susceptus ex praesensione rerum  
 20 futurarum, alter ex perturbationibus tempestatum et reliquis motibus, tertius ex commoditate rerum, quas percipimus, et copia, quartus ex astrorum ordine caelique constantia. De praesensione diximus. De perturbationibus caelestibus et maritimis et terrenis non possumus dicere, cum ea fiant, non esse  
 25 multos, qui illa metuant et a dis immortalibus fieri existiment; sed non id quaeritur, sintne aliqui, qui deos esse putent, di  
 17 utrum sint necne sint, quaeritur. Nam reliquae causae, quas Cleanthes affert, quarum una est de commodorum, quae capimus, copia, altera de temporum ordine caelique constantia, tum 30

1 *Atti Navii* C<sup>2</sup>V<sup>1</sup>, *Atti navi* ABC<sup>1</sup>EV<sup>2</sup>B, *Attinavi* Oxf. *commemorabas* Oxf. M[V<sup>2</sup>BP] Asc., *commorabas* ACEV<sup>1</sup>B. 2 *intellecta* mss generally, *intellegenda* Oxf. +. *sint* [P]M, *sunt* ABCEVB+, om. Oxf. 4 *divini* GHI Moser's M edd. after Walker, *divinis* X Oxf. +. *mentiantur* C, *mentiantur* mss generally. *at*, ad A<sup>1</sup>V<sup>1</sup>. 8 *placari* BEPV<sup>2</sup> Oxf. OM, *placari* AV<sup>1</sup>, *placere* CB. 9 *imperatorium* [X]B, *imperatorum* IMRV Oxf. 10 *στρατήγημα* Hervag., Lat. mss. 12 *equo*, *aequo* AV. 14 *audivi tibi si* [ACV]BM Oxf., *audivi tu si* THO, *audivit Quam si* B (Q in ras. uñ superser.), *audivi Bis se E*, *audivit tu si* P.

Cambridge University Press

978-1-108-01099-3 - Cicero, De Natura Deorum Libri Tres, Volume 3

Edited by Joseph B. Mayor and J. H. Swainson

Excerpt

[More information](#)

## LIB. III CAP. VI—VIII §§ 14—21.

7

tractabuntur a nobis, cum disputabimus de providentia deorum,  
 de qua plurima a te, Balbe, dicta sunt; eodemque illa etiam 18  
 differemus, quod Chrysippum dicere aiebas, quoniam esset ali-  
 quid in rerum natura, quod ab homine effici non posset, esse  
 5 aliquid homine melius, quaeque in domo pulchra cum pulchri-  
 tudine mundi comparabas, et cum totius mundi convenientiam  
 consensumque afferebas, Zenonisque breves et acutulas conclu-  
 siones in eam partem sermonis, quam modo dixi, differemus,  
 eodemque tempore illa omnia, quae a te physice dicta sunt de  
 10 vi ignea deque eo calore, ex quo omnia generari dicebas, loco  
 suo quaerentur, omniaque, quae a te nudius tertius dicta sunt,  
 cum docere velles deos esse, quare et mundus universus et sol et  
 luna et stellae sensum ac mentem haberent, in idem tempus  
 reservabo. A te autem idem illud etiam atque etiam quaeram, 19  
 15 quibus rationibus tibi persuadeas deos esse. VIII. Tum Balbus:  
 Equidem attulisse rationes mihi videor, sed eas tu ita refellis,  
 ut, cum me interrogaturus esse videre et ego me ad responden-  
 dum compararim, repente avertas orationem nec des respondendi  
 locum. Itaque maximae res tacitae praeterierunt, de divina-  
 20 tione, de fato, quibus de quaestionibus tu quidem strictim,  
 nostri autem multa solent dicere, sed ab hac ea quaestione,  
 quae nunc in manibus est, separantur. Quare, si videtur,  
 noli agere confuse, ut hoc explicemus hac disputatione, quod  
 quaeritur.

25 Optime, inquit Cotta. Itaque quoniam quattuor in partes 20  
 totam quaestionem divisisti de primaque diximus, consideremus  
 secundam; quae mihi talis videtur fuisse, ut, cum ostendere  
 velles, quales di essent, ostenderes nullos esse. A consuetudine  
 enim oculorum animum abducere difficillimum dicebas, sed,  
 30 cum deo nihil praestantius esset, non dubitabas, quin mundus  
 esset deus, quo nihil in rerum natura melius esset. Modo pos-  
 semus eum animantem cogitare vel potius, ut cetera oculis, sic  
 animo hoc cernere! Sed cum mundo negas quicquam esse 21

11 *omniaque quae a te* BV<sup>2</sup> Oxf., *omnia quaeque a te* CB, *omnia quae a te* APV<sup>1</sup> (with *d* erased after *a* in AV), *omnia que a te* E (cf. below § 47).

19 *tacitae, tacite* ACB Asc.

23 *ut* mss generally, et Madv.

28 *velles*

BPV<sup>2</sup> Oxf. Asc., *velis* ACEV<sup>1</sup>BH. See above § 9.

29 *enim* VM Oxf., om.

ABCEPUBO.

31 *quo* X, *quod* Oxf. R Allen.

Cambridge University Press

978-1-108-01099-3 - Cicero, De Natura Deorum Libri Tres, Volume 3

Edited by Joseph B. Mayor and J. H. Swainson

Excerpt

[More information](#)

melius, quid dicis melius? Si pulchrius, assentior; si aptius ad utilitates nostras, id quoque assentior; sin autem id dicis, nihil esse mundo sapientius, nullo modo prorsus assentior, non quod difficile sit mentem ab oculis sevocare, sed quo magis sevocho, eo minus id, quod tu vis, possum mente comprehendere. IX. Nihil est mundo melius in rerum natura. Ne in terris quidem urbe nostra; num igitur idcirco in urbe esse rationem, cogitationem, mentem putas? aut, quoniam non sit, num idcirco existimas formicam anteponendam esse huic pulcherrimae urbi, quod in urbe sensus sit nullus, in formica non modo sensus, sed etiam mens, ratio, memoria? Videre oportet, Balbe, quid tibi concedatur, non te ipsum, quod velis, sumere. Istum enim locum totum illa vetus Zenonis brevis et, ut tibi videbatur, acuta conclusio dilatatum a recentioribus coartavit. Zeno enim ita concludit: 'Quod ratione utitur, id melius est quam id, quod ratione non utitur; nihil autem mundo melius; ratione igitur mundus utitur.' Hoc si placet, jam efficies, ut mundus optime librum legere videatur. Zenonis enim vestigiis hoc modo rationem poteris concludere: 'Quod litteratum est, id est melius, quam quod non est litteratum; nihil autem mundo melius; litteratus igitur est mundus.' Isto modo etiam disertus et quidem mathematicus, musicus, omni denique doctrina eruditus, postremo philosophus erit mundus. Saepe dixi nihil fieri nisi ex eo, nec illam vim esse naturae, ut sui dissimilia posset effingere; concedam non modo animantem et sapientem esse mundum, sed fidicinem etiam et tubicinem, quoniam earum

1 *quid dicis melius* A<sup>2</sup>V<sup>2</sup>[BCE], *quid dices m.* HTP, om. V<sup>1</sup> Oxf. MNCR.  
 2 *id quoque* A<sup>2</sup> (in ras.) [BCEV<sup>2</sup>] L Oxf., *ut quoque* PV<sup>1</sup>. 3 *quod difficile* B<sup>2</sup>  
 and mss generally, *quo difficile* B<sup>1</sup> Ba. (Mu. compares *Div. II 150 non quod eos maxime contemnamus, sed quod videntur, Tusc. II 56 non quod doleant, sed quia ... corpus contenditur*). 12 *velis* [BCEPV<sup>2</sup>], *vellis* AV<sup>1</sup>. 14 *dilatatum a recentioribus coartavit* Ed., *dilatavit* A<sup>1</sup>V<sup>2</sup> mss generally, *dilatavit* A<sup>2</sup>, *dilatavit* V<sup>1</sup>, *dilatabit* Sch. 22 *et quidem* mss, *atque idem* Ba. Sch. after Orelli.  
 23 *philosop* V<sup>1</sup>, *filoso* A<sup>1</sup>, *philosophus* A<sup>2</sup>V<sup>2</sup>. *erit mundus* V marg. ead. m. MNCRV Oxf. Mu., om. XGBHILO Ba., in brackets Or. Sch. *dixi* C Ursinus, *dixi* mss generally, *dixisti* CG Red. 24 *nisi ex eo* Heind. Madv. (*Adv. II 243*) Mu. Sch. in App., *sine deo* mss generally Or. Sch. Ba. *illam* Walker Heind. Mu. Sch. in App., *ullam* mss Or. Ba. 26 *fidicinem* mss generally, *fidicineam* A, *fidicianem* V<sup>1</sup>, *fiduciosem* Oxf., *fidicinam* C. *tubicinem* ABCV Oxf. B, *tibicinem* HIRVEP, cf. II 22.



Cambridge University Press

978-1-108-01099-3 - Cicero, De Natura Deorum Libri Tres, Volume 3

Edited by Joseph B. Mayor and J. H. Swainson

Excerpt

[More information](#)

quoque artium homines ex eo procreantur? Nihil igitur affert pater iste Stoicorum, quare mundum ratione uti putemus, ne cur animantem quidem esse. Non est igitur mundus deus, et tamen nihil est eo melius; nihil est enim eo pulchrius, nihil  
 5 salutarius nobis, nihil ornatius aspectu motuque constantius. Quodsi mundus universus non est deus, ne stellae quidem, quas tu innumerabiles in deorum numero reponebas, quarum te cursus aequabiles aeternique delectabant, nec mehercule injuria; sunt enim admirabili incredibilique constantia. Sed non omnia, 24  
 10 Balbe, quae cursus certos et constantes habent, ea deo potius tribuenda sunt quam naturae. X. Quid Chalcidico Euripo in motu identidem reciprocando putas fieri posse constantius? quid freto Siciliensi? quid Oceani fervore illis in locis,

Europam Libyamque rapax ubi dividit unda?

15 Quid? aestus maritimi vel Hispanienses vel Britannici eorumque certis temporibus vel accessus vel recessus sine deo fieri non possunt? Vide, quaeso, si omnes motus omniaque, quae certis temporibus ordinem suum conservant, divina dicimus, ne tertianas *quoque* febres et quartanas divinas esse dicendum sit,  
 20 quarum reversione et motu quid potest esse constantius? Sed omnium talium rerum ratio reddenda est. Quod vos cum facere 25 non potestis, tamquam in aram confugitis ad deum.

Et Chrysippus tibi acute dicere videbatur, homo sine dubio versutus et callidus (versutos eos appello, quorum celeriter mens  
 25 versatur, callidos autem, quorum, tamquam manus opere, sic animus usu concalluit); is igitur, 'Si aliquid est,' inquit, 'quod homo efficere non possit, qui id efficit, melior est homine; homo autem haec, quae in mundo sunt, efficere non potest; qui potuit

2 *ne cur* edd. after Lamb., *nec cur* mss. 8 *delectant* Cobet p. 463.  
 10 *habent* [ABCEP]BO, *habent vel servant* V<sup>2</sup> Oxf. UCMV, *habent vel conservant* N, om. V<sup>1</sup>. 13 *Siciliensi* mss generally, *sillicensi* AV<sup>1</sup>, *sillicense* V<sup>2</sup>.  
*fervore* corr. ex *ferbore* AV. 16 *non* B<sup>1</sup>C, *nonne* AB<sup>2</sup>C<sup>2</sup>EPVB Oxf. +, *minime* N. 17 *quae* om. CEBC. 19 *quoque* edd. after Lamb., *quidem* mss, *item* Muretus. 22 *aram* [BCE]BO, *aramā* A, *aranam* V<sup>1</sup>, *arenam* V<sup>2</sup> Oxf. MC, *aram aut P*, *harenam* RV, *harena* N. *confugitis* HILNCRO<sup>2</sup>, *confugistis* XBMV Oxf. (cf. I 53), *fugitis* O<sup>1</sup>. 25 *quorum—concalluit* cited in Nonius p. 90, *Grammat. de gen. nom.* n. 58. 27 *qui id* [BCE]A<sup>2</sup>, *quid* A<sup>1</sup>PBHO, *quicquid id* V in ras. UMCR Cxf.

Cambridge University Press

978-1-108-01099-3 - Cicero, De Natura Deorum Libri Tres, Volume 3

Edited by Joseph B. Mayor and J. H. Swainson

Excerpt

[More information](#)

10

DE NATURA DEORUM.

igitur, is praestat homini; homini autem praestare quis possit nisi deus? est igitur deus.<sup>1</sup> Haec omnia in eodem, quo illa  
 26 Zenonis, errore versantur. Quid enim sit melius, quid praestabilius, quid inter naturam et rationem intersit, non distinguitur. Idemque, si di non sint, negat esse in omni natura quicquam 5  
 homine melius; id autem putare quemquam hominem, nihil homine esse melius, summae arrogantiae censet esse. Sit sane arrogantis pluris se putare quam mundum; at illud non modo non arrogantis, sed potius prudentis, intellegere se habere sensum et rationem, haec eadem Orionem et Caniculam non habere. 10  
 Et: 'Si domus pulchra sit, intellegamus eam dominis,' inquit, 'aedificatam esse, non muribus; sic igitur mundum deorum domum existimare debemus.' Ita prorsus existimarem, si illum aedificatum, non (quem ad modum docebo) a natura conformatum putarem. 15

27 XI. At enim quaerit apud Xenophontem Socrates, unde animum arripuerimus, si nullus fuerit in mundo. Et ego quaero, unde orationem, unde numeros, unde cantus; nisi vero loqui solem cum luna putamus, cum propius accesserit, aut ad harmoniam canere mundum, ut Pythagoras existimat. Naturae 20  
 ista sunt, Balbe, naturae non artificiose ambulantis, ut ait Zeno, (quod quidem quale sit, jam videbimus) sed omnia cientis et  
 28 agitantis motibus et mutationibus suis. Itaque illa mihi placebat oratio de convenientia consensuque naturae, quam quasi cognatione continuatam conspirare dicebas. Illud non pro- 25  
 babam, quod negabas id accidere potuisse, nisi ea uno divino spiritu contineretur. Illa vero cohaeret et permanet naturae

1 *homini. homini* [ACEP]V<sup>2</sup>, *homini homine* BBC, *hominis hominis* V<sup>1</sup>, *homines hominem* Oxf. U. 5 *idemque* A (post ras.) EV<sup>2</sup> Oxf. M, *eidemque* BCPV<sup>1</sup>BO. 6 *nihil homine esse melius* in brackets Or. Ba. after Dav. 10 *Orionem* BG, om. Oxf., *orōem* H, *orationem* other mss. 11 *inquis* Forch. p. 44. 14 *aedificatum* ACEPV Oxf. + Or. Ba., *aedificatum esse* BHL Mu. Sch. a Oxf. M[ABV], om. CEPBO. *conformatum* [P] Hervag., *confirmatum* ABCEV Oxf. BHCV+. 17 *animum* [PV]O, *animam* ABCEMRVB Oxf. *nullus* [X], *nulla* BV. 20 *naturae ista* [CEPV] Oxf., *naturae ste* A, *natura istae* E. 22 *cientis* [B]C, *scientis* mss generally. 25 *cognatione continuatam* mss generally Allen, *cognatione continuata* E Sch. Mu. Dav., *cognationem continuatam* R Or. Ba. Heind. after Lamb. *non probabam* mss generally, *non probeb* V<sup>2</sup>MC Oxf. Asc., *inprobam* V<sup>1</sup>, *non probe* V, *probabam* B. 27 *contineretur*